Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



400

vnt carcerem. Et ecce an
gelus dni astitit et lu
men refulsit in hitaclo:
percussoq; latere petri ex
citauit eum dicens. Sur
ge velociter: et ceciderunt
catene de manibus eius.
Dixit autem angelus ad
eum. Precingere et cal
cia te caligas tuas. Et
fecit sic. Et dixit illi. Cir
cumda tibi vestimentu
tuum: et sequere me. Et
exiens sequebatur eum:
et nesciebat quia verum
est qd fiebat per angelum.
Estimabat autem se visum
videre. Transeuntes autem
primam et secundam custodi
am: venerunt ad portam
ferream que ducit ad ci
uitatem: que vltro aperta
est eis. Et exeuntes pcessi
serunt vicum vnum: et con
tinuo discessit angelus
ab eo. Et petrus ad se
reversus dixit. Nunc scio
vere quia misit dns an
gelum suum: et eripu
it me de manu herodis
et de omni expectacione
plebis iudeorum. Sinachin.
Illo t. Venit ihus in
partes cesaree philippi:
et interrogabat discipulos
suos dicens. Quem dicunt
homines esse filium hominis? At
illi dixerunt. Alii iohannem
baptistam: alii autem heliam:
alii vero ieremiam aut v
num ex prophetis. Dicit
illis ihus. Vos autem que
me esse dicitis. Respondens
simon petrus dixit. Tu
es xpus filius dei viui.
Respondens autem ihus: dixit
ei. Beatus es simon bar
iona: quia caro et san
guis non revelauit tibi
sed pater meus qui in celis
est. Et ego dico tibi: quia
tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam
meam: et porte inferi